



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

A. Diss. 11082 Q. D. B. V.

DE

PRINCIPIIS & REMEDIIS
PRÆJUDICIORUM,

JUVANTE JEHOVA

ET

INDULGENTE

AMPLISSIMO SENATU PHILOSOPHICO

IN ACADEMIA LIPSIENSI

D. XXVII. MAJI ANNO M DCC V.

SECUNDA VICE

PRO LOCO

IN EODEM RITE OBTINENDO

DISPUTABIT

M. Gottlieb SAMUEL Greuer /

MAGDEB.

- 3. LIPSIÆ,

LITERIS IMMANUELIS TITII.

-- 19 --

1 2 3 4

THE
FIRST
PART

CHAPTER I

SECTION I

ARTICLE I

SECTION II

ARTICLE II

SECTION III

ARTICLE III





M. S. A.

P R O O E M I U M.



ffero Tibi, Lector Benevole, *qualem qualem* Dissertationem de Principiis Prajudiciorum & Remediis. Principia Tibi sisto, non ea, quae nobis S. Scriptura revelat, sed illa, quae ductu nostrae rationis in homine naturaliter spectato inveniri possunt. Principia haec cuilibet homini insunt, nobiscum nascuntur, nutriuntur, conservantur, quod ex Lumine revelato accuratius patescit, utpote quo mediante novimus, nos in Adamo peccasse, nos peccaminosos nasci, nos peccatum originis usque ad cineres retinere. Per peccatum vero est, quod passionibus laboremus, obruamur, angamur: per peccatum est, quod miseri mortales cogitationes suas non dignoscant, passiones non agnoscant, errores non cognoscant. Hoc quilibet Christianorum novit: novit tamen ex Scriptura, non ex natura. Natura enim nescit peccatum originis & tantummodo monstrat, quomodo praedictum ex passione voluntatis originem suam ducere; de Origine autem hujus corruptionis de qua ortu amoris irrationalis in passionibus altum in natura est silentium. Agam itaque de Principiis Prajudiciorum pro modulo ingenii mei, prout ratio eadem percipit & revelat. Ne dijudices tantum quae so, L. B. ea, quae hic legis, secundum passionem tuam, sed secundum veritatem, humanitatem & rationem, ac si quaedam invenire Tibi contigerit, quae veritati adversari videantur eidemque non sint consentanea, judices, nec Tecum esse

esse hominem, meque nihil humani à me alienum putare. Nam (liceat parvis componere & applicare magna verbisque Cartesii uti) membr mea tenuitatis nihil affirmo, sed hac omnia Prudentiorum Judicis submitto, nihilque ab ullo credi velim, nisi quod ipsi evidens & indicta ratio persvadebit. Multa quidem, fateor, invenies, qua prolixiori quadam explicatione essent digna, sed quoniam Disputationem, non Tractatum conscribere animus fuit, tuque ipse eruditè & prudenti meditatione theses meas paucis indigitatas ulterius Tibi illustrare notioresque reddere possis, hac paucità etiam sufficere arbitror. Veniam itaque in iis, que majori forte mentis acumine præferri potuissent, mihi à Te promitto atque polliceor. Te verò, Autor omnis bonitatis atque veritatis, Summe DEUS, Te inquam humillima animi devotione veneror, ut hac omnia ad Tui Nominis Sanctissimi gloriam promovendam, ad confirmandam in nobis veritatem eandemque à præjudiciorum tæbrebris liberandam dirigas quam clementissime. Fiat!

C A P. I.

de

Terminorum Explicatione.

§. I.



Intelligendi sermonis difficultas non ex alia re major nascitur, quam ex vocibus obscuræ notioni subjectis. (a) Obscuritas ergo in omni notionem evitanda est, quia veritatem obvelat, nosque ab ea inveniendâ ad errorum Scyllas atque Charybdes deducit. Cum vero notionum ambiguitas semper sit obscuritatis genetrix, unicumque vocabulum sæpius multivariis ideis alligetur, (b) sine quarum explicatione & distinctione res accurate non potest intelligi, hinc & e re meâ esse putavi, aliqualem terminorum significatum, ne inignota Lector versetur Sylva, præmittere. Notiora itaque præponam ignotioribus & à generali terminorum tractatione paucis exordiar.

§. II.

(a) Clericus Art. Crit. P. 2. §. I. c. 8. p. 311. (b) Vid. Le Grand Inst. Phil. P. I. c. 10. §. 4. sq. & Autorems Artis cogitandi P. I. c. 12. p. 58 sqq.

§. II.

De Principiis Præjudiciorum acturus intelligo Principia causalia, (ut cum Metaphysicis loquar) quæ habent verum influxum in aliud; & principia essendi, à quibus res & in fieri & in esse sua dependent. Non autem Principia remota, quæ alijs intervenientibus causis principalibus influunt, sed proxima, inter quæ & effectum non dantur aliæ causæ principaliter agentes. Non instrumentalia, cujus ratio causandi à principali agente dependet; sed principalia, quæ agunt propria & sufficienti virtute.

§. III.

Quid sint Præjudicia, varii varie determinant, quoad sensum tamen & rem ipsam in suis definitionibus fere omnes conveniunt. Heerebord (c) ea definit, quod sint *judicia mentis lata de rerum veritate, antequam illa debite sit examinata aut sepe ad examen ne quidem vocata.* In disputatione Magnifici Dn. Rechenbergii, D. & P. P. Theologiae celeberrimi, de *Studio Antiquitatis & Novitatis Lipsiæ Anno 1698. habita §. 8.* Præjudicium esse dicitur *credula persuasio rei minus certa, quam velut certam semel admisimus.* Eruditissimus Thomasius (d) prolixius naturam præjudiciorum ostensurus: *Præjudicia nil aliud sunt, inquit, quam falsa opinioniones, quas veras esse absque ratione sibi quis imaginatur vel nimia credendi fustimatione ab alijs, quorum auctoritati considerat, persuasus, vel ex impatientia & hanc secuta Præcipitantia seipsum decipiens.* Excellentissimus Buddæus (e) *Præjudicia errores seu principia erronea esse autumat, ex quibus deinceps alia judicia erronea progignerentur.* Ut alias aliorum descriptiones innumeras omittam.

§. IV.

Sufficiunt jam dictæ definitiones, ex quibus collegi, quod præjudicium sit Judicium, quia nimirum in eo conjungimus duas Ideas, & putamus nos relationem illarum inter se invicem collatarum sat probe perceperisse. (f) Erroneum vero est illud judicium,

A 3

quia
(c) *§. 1. quæv. Logic. Burgars dic. L. I. c. 1. quæst. 2. n. 6. p. 5.* (d) *introd. in Logicam t. 3. §. 38. p. 267.* (e) *Phil. Instram. P. I. c. 2. §. 29. p. 130.* (f) *hoc requiritur ad Judicium à Clerico Log. p. 2. x. 1. §. 2. p. 109.*

quia ejusmodi ideas conjungimus, quæ tamen essent disjungendæ, hincque cum natura rei nequaquam conveniunt in sua combinatione. Duarum itaque idearum inadæquata disjunctio aut conjunctio constituit erroneum judicium. In Idea enim unica & simplici vix ac ne vix quidem error potest committi, (g) potius omnes ferè errores ex eo oboriuntur, quod mens nostra componenda dividat, dividenda conjungat in suo judicio. Assumas ideam Draconis volantis & conceptum de Diabolo, nulla adhuc falsitas hisce ideis absolute consideratis inest: eo ipso autem, dum aliquis easdem connectit: Draco volans est Diabòlus, nascitur judicium vulgi & erroneum.

§. V.

Quoniam itaque perspexi, Præjudicium esse judicium erroneum, insimulque observavi, quod in hoc judicium passiones nostræ influant illudque innumerorum errorum fons & origo sit dicendum, (uti pluribus hæc sum demonstraturus) in animum induxi meum, naturam Præjudicii ita posse delineari: PRÆJUDICIUM EST JUDICIUM ERRONEUM, EX PASSIONE VOLUNTATIS EXORTUM MULTOSQUE PROGIGNENS ERRORES.

§. VI.

His ita observatis alia quoque veniunt explicanda, sapius enim notio intellectus & voluntatis occurrit, quæ quid mihi notet breviter ostendam; Per intellectum eam intelligo animæ facultatem activam, quæ non tantum objectum per sensus repræsentatum recipit: verum etiam de illis, uti & de rebus incorporeis, varias ideas format. Ex quibus patet, me, ut cum Aristotelicis philosophari liceat, & intellectum patientem mentis potentiam cognoscendi & intellectum agentem actum illum cognoscendi hic indicare, (b) qui tamen nec essentialiter nec formaliter, sed sola ratione differunt. (i) Intellectum Theoreticum &

Pra-

(g) Vid. Lamb. Velshusen de initiis prima Philosophia p. 250. (b) de quibus vid. Jac. Martin. Exercit. Metaph. L. 1. exerc. 8. Theor. 9. p. 29. & ejusdem quest. Philos. cent. 8. disp. 10. qv. 4. & 5. (i) Idem cent. 7. Disp. 6. qv. 5. & 6. Zabarella Lib. de mente agente c. 2.

Practicum volo hic in medium afferre, quia hæc distinctio potius naturam rerum, quam diversitatem intellectus respicit adeoque non magni æstimanda momenti. (k) Actionem, quam intellectui tribuo, non puram sed mixtam esse, cui aliquid passionis inest, ex ipsa descriptione intellectus constabit. (l)

§. VII.

Voluntas mihi non essentialiter aut formaliter diversa facultas ab intellectu aut anima, sed hæc duæ potentia sunt eadem, mens, quæ diversimode consideratur, prout percipit aut vult. (m) Per eam autem nihil aliud potest intelligi, quam facultas, qua bona appetimus, mala averſamur, quaque volumus aut nolumus aliquid contemplari mente aut fieri a corpore. (n)

§. VIII.

Nunc ipse iudices, Lector Benevole, an præjudicia ad Intellectum, an ad Voluntatem sint referenda. Diversimode hic respondendum esse arbitror: nempe Præjudicia sese exerunt partim, quando anima nostra vult: nam deinde appetit ea plerumque secundum suam passionem iudicatq; hoc vel bonum esse vel malum, prout passioni suæ videtur, & exinde Præjudiciorum fœtus producit. Partim etiam sese exerunt, quando anima nostra cognoscit & concipit: in hoc enim actu reperimus vim præjudiciorum, quæ intellectum impedit, quo minus clare & distincte ideata possit apprehendere perspicuasque ideas de iis formare. Formantur ergo præjudicia ab anima volente, sentiuntur potissimum ab intelligente & sunt ratione causæ suæ & originis in voluntate, ratione effectuum in Intellectu. Cui etiam insunt eam ob causam, quia post formationem ut opiniones inhaerent memoriæ tanquam facultati intellectus, qua mediante præjudiciorum reminiscimur.

§. IX.

- (k) Vid. Clericum Pneumat. Sect. I. c. 3. §. 5 & 8. (l) Conf. Ren. des Cartes P. 1. Pass. An. Art. 19 p. 12. (m) Vid. disp. M. Thurmii de distinctione potentiarum animæ rationalis & ab anima & inter se Lipsia Anno 1666. habitam Th. 23. §. 99. Le Grand Inst. Phil. P. 9 c. 5. §. 3 p. m. 699. (n) Conf. Clericum l. c. §. 6 p. 18.

Quod reliquum est, Præjudiciorum magna a Philosophis, solet constitui Familia. Legas haud gravatim ea, quæ Autor Artis cogitandi (o) de Sophismatibus Philautiæ, (p) utilitatis & affectus posteritati reliquit. Perscrutare vitam & sermonem mortalium, & invenies cum Le Grand (q) & Cartesio (r) Præjudicia Infantiæ & Pueritiæ, cum Thomasio præjudicia humanæ Autoritatis, Præcipitantia, (s) Impatientiæ & Imitationis, (t) cum Magnifico Rechenbergio (u) Præjudicia novitatis & antiquitatis, cum Budæo (w) electæ Hypotheseos, ætatis, pietatis, sapientiæ, contradictentiæ &c. Et quis stellas numerare omniaque & singula hominum præjudicia enarrare vellet? Omnem tamen Præjudiciorum turbam & infinitam fere copiam ad tres classes referri posse recentiores arbitrantur nempe PRÆCIPITANTIAE, PHILAUTIAE ET AUTORITATIS.

C A P. II.

De

Principiorum Deductione.

§. I.

IN hoc Capite sistam Tibi, L. B. ea principia, quæ causaliter in ipsa præjudicia influunt. Possem quidem multa aliorum principia in primo capitis limine afferre eademque ex natura rei refutare; at vero minus recte mihi agere videntur, qui prius adversarii sententiam refutant, quam fundamentum boni assensus aut dissensus sibi acquisiverint. Cum enim thesin nondum habeant clare & distincte cognitam, ex quonam fundamento quæso possunt rejicere aliorum opinionem? & licet thesin menti suæ clarā reddiderint, attamen Lectori, qui de ejus veritate adhuc dubitat, confusa proponunt ordinemque invertunt. Dubitandum itaque erit i. e. suspendendum judicium, donec fundamentum boni

(o) P. 3. c. 20. *Sett. I. sqq. p. m. 268. sqq.* (p) *Vid. Job. And. Schmidt. in Diss. de Sophismatibus Philautiæ.* (q) *Inst. Phil. P. II. c. 1 §. 1. p. 7.* (r) *Præc. Phil. P. I. n. 71. p. 23.* (s) *Introd. in Log. c. 13. §. 41. p. 268.* (t) *Ausüb. der Sittenk. Art. I. §. 41. 53.* (u) *Diss. de studio Antiquitatis & novitatis.* (w) *T. J. P. 1. c. 2. §. 33 p. 132. sqq.*

boni assensus in thesi quadam non deficiat. (x) Deinde vero omnia sunt rejicienda, quæ veritati inventæ sunt contraria illamque evertere videntur.

§. II.

Quod ut observem, ad thesin meam propero, jamque principia illa in voluntate esse querenda ostendam. Nolo in præsentia asserere, quod intellectui plane non possint errores nec præjudiciorum principia ascribi, quia ad intellectum tantum pertinerent simplices apprehensiones & perceptiones, in quibus nullus ab ipso posset committi error. Nec dicam Judicium, quod assensum & dissensum ideis tribuit, ad voluntatem, pertinere, quia illa tantum assensum & dissensum rebus imponeret; adeoque fontem omnium errorum esse querendum in voluntate. (y) Non huic Cartesianorum sententiæ hic subscribam, sed potius ex aliis rationibus meam defendam sententiam. Has mihi suppeditat Abbadie in tractatu, quem inscribit *L' Art de se connoître Soy-même*, (z) ubi inter alia probantia hæc quoque refert: Si in intellectu principium nostræ corruptionis nostrorumque errorum esset querendum, sequeretur, quod Intellectus & ratio per voluntatem esset dirigendus. Nam id, quod magis corruptum est, per id, quod minus corruptum est, dirigi probabile est; omni vero destituitur fundamento, illud posse esse normam vitæ nostræ, quod esset omnium errorum principium. (a) Deinde Intellectus in omnibus objectis, si esset errorum causa, suam corruptionem ostenderet. Oculus in se depravatus & suffusione laborans nullum videt objectum, quia principium hujus obscuritatis & impedimentum visionis est in ipso oculo. Sed quando nubes in cælo coguntur aut nebula quædam stellarum Solisque Lumini obducitur, remotiora quidem objecta oculus non videt, proximiora tamen conspiciuntur atque statim sine ulla sui mutatione omnia clarius conspiciunt, simul-

B

ac

(x) *vid. Petr. Allinga Illustr. Erot. Dec. 8. erot. 1. p. 218.* (y) *Vid. Cartes. P 1. Princ. n. 31 42. Velthuyssen de initiis Prima Philos. p. m. 248 sq. Petr. Allinga l. c. Dec. XI. erot. 8. p. 353.* (z) *Tome 2. chap. 1. p. 209. sqq. (a) Thom. Aquin. de Civitate Dei. l. 2. c. 18.*

ac obstacula illa externa, remouentur. Hoc ipsum, de Intellectu quoque dicendum: Ille tam in rebus indifferentibus, quam in iis, quæ ad sua commoda pertinent, eadem laboraret obscuritate, si nempe corruptionis & præjudiciorum fons in illo esset quærendus. Verum experientia hoc refutat & remotis voluntatis tenebris tanquam nebulis obductis statim Intellectus lumen suum renovatis & clarioribus quasi radiis coruscans menti nostræ communicat. Afferamus exemplum: Quidam homo sapius accuratas de rebus publicis ideas acriamque in vita communi format iudicia, in Physicis probe novit causas, in Ethicis scite dijudicat officia &c. sed in rebus vel utile, vel iucundum, vel honestum comparantibus adeo longe à rectæ rationis via aberrat, ut illum nunquam ductum rationis secutum esse putares. Accedit & hoc pro probanda thesi, quod, si Intellectus præjudiciorum esset scaturigo, etiam Ratio nostra, quæ expressive non distinctive recta dicitur, (b) corrupta esset appellanda. Corrupti autem nequaquam, impediri tamen, potest: est enim Voluntas divina homini concreata, sive, ut Ethnice cum Seneca (c) loquar, est pars divini Spiritus in corpus humanum mersa. Vides itaque, quod principium præjudiciorum non ex cognitione Intellectus nec ex Iudicio in se simpliciter & abstractive considerato possit deduci, sed quod in voluntate lateat venenata præjudiciorum origo.

§. III.

Videamus nunc, quidnam sit in voluntate, cui tanquam causæ præjudicia possint adscribi. Invenimus autem in voluntate potissimum *τὸ* velle sive appetitum aliquem: Solius enim voluntatis est appetere, i. e. *habere propensionem ad commoda naturalia*, juxta mentem Scaligeri. (d) Et hoc nempe bonum appetere est de intrinseca voluntatis natura, ideoque nunquam voluntas in ea re movetur, in qua intellectus nullum percipit bonum vel malum. (e)

§. IV.

(b) *Becmann. Consp. Doct. Mor. t. 3. p. 16.* (c) *Epist. LXVI.* (d) *Exercit. CCCVII. n. 3. p. 23.* (e) *Veltbaysen l. c. p. 163. Pufend. de O. H. & C. L. t. 6. 1. §. 9. & 11.*

§. IV.

Ille appetitus vero illudque desiderium in id tendit, quod SIBI bonum esse mens cognovit & judicavit. Quapropter eum alio nomine diceres Amorem sui ipsius, qui voluntati nostræ per naturam inest & inter *primam naturam* numeratur. (f) Nam quodlibet animal sibi ipsi & saluti suæ conciliatur, quidque & que juvant, illa petit, laesura formidat. (g) Amor ergo incipit à se ipso.

§. V.

Hic Amor nostri hæcque Philautia in actu signato quidem est indifferens, sive si mavis indeterminatus nec absolute bonus nec malus potest prædicari: (b) sed in actu exercito illum semper comitatur moralitas, ita ut vel bonus vel malus evadat. Nam aut amamus nos modo rationi nostræ consentaneo, sive, uti Becmanus explicat, (i) in DEO & per DEum, quod rara avis esse solet: Aut amamus ea, quæ per ipsam rectam rationem nobis mala sunt. Ille amor vocatur rationalis, quia ductum rationis sequitur; hic irrationalis, quia lumen rationis negligit. Mittamus illum, utpote ex quo nihil mali exoritur, & paulo accuratius consideremus naturam amoris irrationalis.

§. VI.

Hanc non fugitivo oculo inspexisse videtur Autor Tractatus, qui dicitur *La Morale Universelle*; ita enim de hoc amore loquitur: (k) *L' amour propre est la seule passion de l' homme, c' est cet amour, qui est la source de toutes les affections de l' Ame, c' est un Courtisan, qui ne l' abandonne jamais; c' est un flatteur, qui estudie ses inclinations: si elles sont mauvaises, il les pousse dans l' excès du vice; & c' est pour cela, que sa complaisance est aveugle. L' Amour propre est un Prothée, qui se transforme dans toutes ces saillies, que nous appellons passions il s' y deguise & il s' y cache pour nous persecuter & s' il triom-*

B 2

pbe

- (f) Vid. Grot. de J. D. & L. L. I. c. 2. §. 1. 106. Opalsensky de officio L. 1. c. 2. p. 38.
 (g) Seneca epist. CXXI. (b) Schmid. de Sophismatibus Philautia §. 4.
 (i) Conspr. Doctr. Moral. c. 15. p. 154. Conf. Zeneravium de Orig. Juris IV. Sect. 2. Art. 1. subs. 3. §. 2 p. 340 sq. Abbadie l' Art de se connoître. soy-meme T. 2. c. 6. p. 264. sqq. (k) Maxime IX. Refl. I. p. 91.

pbe souvent des résolutions, que donnent les préceptes de la Sagesse, c'est, qu'il a l'adresse de mettre la raison dans ses intérêts. Præterea amor proprius irrationalis incitatio voluntatis fervore negligit vera bona, inque ea ruit objecta, quæ primo intuitu aliquam boni speciem præ se ferunt, attamen in sua natura vanitatem & pravitatem prætereaque nihil continent.

§. VII.

Nam quilibet homo seipsum amans amabit etiam bona, quæ partim æstimationi suæ, quam de seipso habet, partim corpori suo & sensibus exterioribus, partim conservatiõni sui suorumque conducere videntur. (l) Hic vero cujuslibet erga se ipsum amor tantus est, ut quævis inclinatio erga quemvis alium hominem ipsi cedat. (m) Imo cedit etiam amor rationalis: nam ad ea bona, quorum jamjam mentio facta est, & quæ vulgo honestum, jucundum & utile dicuntur, incitatissimo cursu mortales trahuntur: hæc anxio pectore per amorem sui ipsius irrationalem scrutantur & perscrutantur. Nec desinunt ea querere; nemo enim sua sorte contentus. Potius sibi imaginantur homines miseri, se vel plane non hoc bonum possidere, vel eo tantummodo imperfecte uti, vel illud plane amisisse. Hinc fit, ut amore horum bonorum quotidie anxientur & angantur; quia ejusmodi res appetunt, quæ tamen non sunt in hominis potestate. Oritur itaque in ipsis ex amore irrationali passio quædam, quæ propter triplex bonum, in quod fertur, triplex quoque nomen est adepta. Ille scilicet amor, illa passio, quo appetimus honores, dicitur ambitio; ille, qui circa jucunda versatur, dicitur voluptas; & qui circa utilia stricte sic dicta occupatus est, appellatur Avaritia.

§. VIII.

Hæ passiones occupant totam nostram voluntatem, obruunt amorem rationalem eundemque supprimunt (o) nobis non opinantibus. In omni nostra actione omni cura cogitationeque in id incumbimus, ut vel honorem, vel utilitatem, vel jucunditatem, hac

(l) Conf. Pufend. de O. H. & C. L. l. c. 1. §. 11. (m) Idem Jurispr Univ. Lib. 2. ob-
serv. 3. §. 1. p. 396. (n) Opalensky de Officiis L. I. c. 1. p. 41. (o) Vid Balibasar.
Gracian L'homme de Cour Max. CCLXXVII p. 324.

hac occasione nobis acquiramus. Dixi hoc fieri nobis non opor-
 tantibus: nam amor irrationalis jam tanta svavitate demulsit a-
 nimum nostrum, ut non solum vim passionum in rationem no-
 stram plerumque plane non sentiamus, verum etiam licet eandem
 interdum sat perspicue videamus, summâ tamen ope excusamus
 atque defendamus. Ambitionem nominamus necessariam ob-
 servationem decori & defensionem nostræ gloriæ; quam Galli *La*
Renommée solent appellare, abjectumque dicimus animum, qui
 plane nullius gloriæ sentiat pruritus. Voluptatem sub nomine
 recreationis & gratæ respirationis post tot tantosque exantlatos la-
 bores aut sub termino *de la Galanterie* contegimus. Avaritiæ ob-
 ducitur velum parsimonix innumeraque ex seculi hujus miseriis
 deducimus argumenta, ut avaritiam nostram eo felicius occulte-
 mus. Adeo homines semetipsos decipiunt & decipiuntur!

§. IX.

Quod si ejusmodi hominem velles describere, optimo Ju-
 te illum posses appellare Phantasma, quod cum rebus apparen-
 tibus conversatur iisdemque delectatur, uti hoc eadem fere mens
 est Abbadie, qui illum describit. (p) Nam homo passionibus ob-
 temperans vana appetit bona, vana eligit media, vana applicat
 consilia, vana capit gaudia, vanis angitur curis & in sua cogitatione
 vana vanæ spei & cupiditatis extruit palatia: hinc omnino quo-
 ad suas cogitationes & desideria totus, quantus est, Phantasma
 appellari meretur. Adhæc ejusmodi Passionum mancipium ni-
 hil vult, quam quod passio sua imperat. Et quamvis sæpius passi-
 onibus nostris utcunque frena injecerimus, impossibile tamen in
 omnibus actionibus cavere possumus, ne aliquando secundum
 voluntatem passionibus imbutam agamus. Mens enim nostra
 deinde non, nisi per coactionem ea cognoscit & agit, quæ passioni
 suæ adversantur. Potius voluntas eo dirigit Intellectum, ut sibi
 convenientia & grata cognoscat, (q) quia facile organa sensuum,
 quæ objecta ad intellectum transferunt, movere potest, quacun-
 que ratione placuerit.

(p) *l. c. T. 1. c. 1 p. 23.* (q) *Thomas Aquinas ib. de Sensu. Art. 3. n. 7.*

§. X.

Cum ergo Voluntas passionibus laborans Intellectui præscribat regulas, inque omnibus actionibus superbum capessat Imperium, quisque sine difficultate colligere poterit, quod de rebus non secundum rationem & veritatem, sed secundum passionem nostras judicare soleamus, quod eleganter innuit Abbadie (r) scribens: *nous jugons des choses non pas selon la verité; mais selon nos inclinations.* Introspecte, L. B. accuratius in mentes hominum, scrutare easdem, & dic quæso, nonne invenis, eas duò hæc judicia quasi imbibisse: Quicquid passioni meæ convenit, illud bonum & verum est. Q. passioni meæ adversatur, illud malum & falsum est. Antequam enim de re quadam judicamus, passio nostra prædominans nobis non cogitantibus sese immiscet nostris ideis & cogitationibus, ita ut ideas vel jungamus vel disjungamus, prout voluntati videtur, nostræque passioni est consentaneum. Et hac ratione hoc judicium, tanquam Major propositio, menti nostræ obversatur & inhæret: *Q. mea vel ambitioni vel voluptati vel avaritia congruit, illud approbo, & contra:* Minorem vero semper ponimus in praxi quotidiana: *Atqui hic homo, hoc factum, hac sententia, hac res &c. convenit passioni, vel contra. E. vel bona vel mala est dicenda.* Conclusionem hanc quotidie experimur in conversatione, quæ tanquam erronea ex erroneis principiis deducitur, & hanc ob causam totus syllogismus *ψευδογνώμη* aliquod morale appellari potest. En Præjudiciorum Partum, quem parturientes Passiones obstetricante voluntate in lucem edunt! In Majori enim supra allata habentur primo prima Præjudicia, ex quibus erroneæ Conclusiones oriuntur, quæ sunt præjudicia ex primo-primis orta.

§. XI.

Hæc præjudicia innumera multitudine sese propagant & de iis verum est, quod Dn. Thomasius, (s) asserit: *Præjudicia fontes sunt falsarum Opinionum, ceteri errores ridiculi sunt inde profu-*

(r) *lc. T. 2. c. 3. p. 242. Vid. L'homme du Cour Maxime CCLXXIII. p. 373. (r) Introd. in Log. c. 13 § 30.*

fluentes. Ipsi^(t)us Aristotelis tempore jam evictum erat, posito uno absurdo, sequi alterum: quemadmodum enim ille, qui a recta via semel aberravit, paulatim longius aberrat, donec tandem in præcipitia deveniat; ita quoque in ratiocinationibus & Judiciis, ubi semela veritate aberratum fuit, paulatim falsa cumulantur. (u) Consideremus Intellectum nostrum, quando nimirum res cognoscit secundum passionem prædominantem: hic decipit voluntatem, sed non propriis præjudiciis, sed ipsis præjudiciis a Voluntate productis, (w) adeoque innumeri errores ex præjudiciis nascuntur.

§. XII.

Progredior ad specialiora præjudicia, quorum vulgo tria numerantur, Autoritatis, Præcipitantiæ & Philantiæ. Circa hæc non existimandum erit, unum præjudicium etiam tantum ex unica passione originem suam ducere: potius pro diversitate objectorum, personarum, temporis, &c. diversas unumquodque admittit causas. Assumamus Præcipitantiæ Præjudicium, quod sæpius exinde oritur, quia aliquis vel utilitatem, vel honorem, vel voluptatem anxie quærens omni patientia destituitur diutius ejusmodi res perpendendi, quæ ad utile aut jucundum, aut honestum parum conferre videntur. Autoritate alicujus sæpius nitimur, quia magna in nos contulit beneficia, aut vinculis affinitatis & propinquitatis nobis est conjunctus, aut quia nobis honori ducimus, cum viro tanti nominis in eadem esse sententia &c. Sic etiam res nostras laudamus, aliorum temnimus, aliis contradicimus, deorum observamus, negligimus, prout passio nostra prædominans nobis aliquid svadet vel dissvadet.

§. XIII.

Vides quoque, quod Præjudicia, ut dicuntur, affectuum, odii, invidiæ &c. sint præjudicia ex primo-primis orta. Antea enim monui, quod illud erroneum Judicium: *Q. passioni meæ adversatur, illud malum & falsum est, sedem suam atque domicilium*

(t) *L. 1. Physic. 2.* (u) *Jac. Marrini Probl. Philos. Disp. 6. qu. I. Cartesium in epist. ad Interpr. p. 60.* (w) *Vid. Abb. ad. l. 5. T. 2. c. 4. p. 243.*

flum in animo nostro collocet. Ex hoc principio facile sequitur, quod res passioni nostræ contrarias oderimus, quia scilicet eas esse malas judicavimus. Hunc ergo ordinem observamus in hisce præjudiciis: Primo percipimus hoc vel illud ideatum passioni nostræ adversari; secundo judicamus illud objectum esse malum, & hoc est ipsum præjudicium; Tertio denique aversamur ens hoc odiosum, idque odio prosequimur. Dabo exemplum: Sulpitius ambitiosum Simplicium a ridiculis & depravatis moribus avocare, quam amicissime satagit: sed Simplicius per passionem suam suismet vitiis blanditur, Sulpitium sibi molestum esse judicat odiumque in istum conjicit. Item Patronum quendam Avarum, venerantur duo Titus & Sempronius: ille Cræsi cuiusdam filius multis donis passioni Fautoris sui satisfacit, hujusque gratiam sibi comparat: hunc, quoniam divitiis destituitur nec avaritiæ sui Patroni victimas litat, Patronus contemnit vixque oculo abstruso & facie indignante dignatur. Aliud exemplum tibi suppeditant in Wigando die neuen Unterredungen anno 1702. editæ p. 217.

§. XIV.

Passiones ergo, Voluptas, Ambitio & Avaritia, exortæ ex amore proprio irrationali, sunt principia Præjudiciorum proxima. (y) Judices nunc haud gravatim, L.B. an amor & odium possint dici principia proxima Præjudiciorum? Vides amorem, generaliter sic dictum, dispendendum esse in regularem & irregularem. Vides Amorem irregularem versari circa utile, jucundum & honestum, & ex hoc triplicem oriri passionem. Vides ex hisce passionibus demum profilire præjudicia, sicque necessario concludis, Amorem esse quidem principium, sed remotum non proximum. De odio in §. 12. dictum est, id magis esse consequens, quam antecedens præjudiciorum. Idem judicabis necum de Diffidentia & Confidentia: nam Q. passioni nostræ blanditur,

(x) *Buddeus Phil. Ecl. T. 1. P. I. c. 2 § 40. p. 134.* (y) *Vid. Abbad. l. c. T. 2. c. 4. p. 248. Buddeus Phil. T. I. P. I. c. 2. §. 31. p. 131. & Selet. J. N. de cultura Ingenii c. 2. §. 15. p. 388. 389.*

ditur illi confidimus; qui eidem contrariatur, illi diffidimus, & deo que confidentia & diffidentia partim ipsum præjudicium comitantur partim sapius præjudicium sequuntur. Alii putant solam voluptatem esse Principium Præjudiciorum, sed tam late accipiunt hunc terminum, ut omne quod sponte & lubenti animo agamus, ex voluptate profectum esse arbitrentur. Hoc sensu etiam in omni affectu & prosecutivo & averfativo esset voluptas, nam cuilibet affectui cum voluptate semper indulgemus. (z) Cum itaque terminus latissime accipiatur, voluptas erit nimis generale principium: si autem in sensu specialiori assumas, insufficiens erit principium, quia non ex unica, sed ex triplici passione, simul deduci possunt præjudicia. (a) Denique Quidam ex affectibus præjudicia derivant, sed quoniam partim indeterminatum & indistinctum constituunt principium, partim etiam plerique affectus ut patibiles qualitates & concomitantur & sequuntur præjudicia, hinc non adeo firmo stabit talo hæc sententia.

§. XV.

Nolo in hisce demonstrandis nec in adducendis aliorum principii prolixus esse: potius ad alia pergo, quæ ex hæc de principiis Præjudiciorum doctrinâ legitimo nexu eliciuntur: Sequitur autem, neminem esse à præjudiciis liberum, quia quilibet lacte, ut ita loquar, nutricis passiones suxit: quilibet per naturam amat vel suam utilitatem, vel suam jucunditatem vel suum honorem, non enim datur stupor naturalis. Concedo equidem, quod Christianus & exercitatus Ethicus aliqualem victoriam de passionibus reportare possint seseque à multis & quidem crassioribus præjudiciis liberare: sed radicitus easdem extirpare hominis excedit vires. Imo Christianus nunquam hoc poterit propter corruptam suam naturam, quia concupiscentiæ prævæ in cordibus hominum altis defixæ sunt radicibus & operationem Spiritus S. impediunt. Quilibet ergo habet passiones, quæ grato quodam impulsu illum ad amplectenda bona movent, urgent, incitant. Eo ipso autem

C

quo

(z) Vid. Clericum Pneumat. Sect. I. c. 3. §. 21. p. 25. (a) Vid. Abbad. I. c. T. 2. c. 5. p. 257. 599.

quoque judicia §. 10. memorata suæ menti infixæ tenet; & dum bona vel impediuntur, vel amittuntur, vel offeruntur, in nova labitur præjudicia. Deinde jam in proverbio dicitur, errare humanum est, nullusque ab erroribus excluditur. (Illi enim, qui per suam sapientiam se immunes errorum, vel ob simplicitatem, vel ob fucatam pietatē, vel Enthusiasticas Phantasias profitentur, sunt insipientissimi & hominum numero volunt excludi.) Unde vero sunt errores? ex præjudiciis: Quilibet homo itaque habet præjudicia. Non tamen in omni re. Multæ enim sunt res, quæ non videntur avaro ad utilitatem, ambitioso ad honorem, voluptuoso ad jucunditatem aliquid conferre. In ejusmodi rebus plerumque carere solent præjudiciis; sed in iis, quæ ad passionem excitandam pertinent, præjudiciis vexantur, quæ quanquam sæpe in externis actionibus non patefcant, in mente tamen gignuntur & foventur.

§. XVI.

Ulterius ex præcedente doctrina patefcit, nobis non esse cognitum, quæ quot & quando habeamus præjudicia, quia passio nostra prædominans suis blanditiis rationem nostram decipit, insimulque mens nostra prima conamina primosque impetus passionum non observat. Imo nunquam noscemus errores nostros, nisi probe in animum nostrum inquiramus, actiones nostras observemus, juxta legem naturæ tanquam regulam actionum nostrarum normemus, adeoque passionis nostræ fallacias detegamus. Aliàs passio semper conjunget ideas, prout sibi ad palatum esse videtur nobisque persvadebit, falsa ad minimum esse probabilia, & bona apparenter talia ut vera & solida commendabit. *Mirum quidem videri posset, quod unquam ita fallamur, quia nemo est, qui velit falli, sed longe aliud est velle falli, quam velle assentiri vis, in quibus contingit errorem reperiri. Et quamvis re vera nullus sit, qui expresse velit falli, vix tamen ullus est, qui non sæpe velit iis assentiri, (propter impulsam passionis suæ animam continuo motu titillantem) in quibus error ipso inscio continetur.* En! verba Philosophi, (b) quæ luculenter satis rem Tibi demonstrant.

§. XVII.

(b) P. I. Princip. n. 42. p. 13.

§. XVII.

Præterea ex superioribus quoque possumus colligere, quod ex præjudiciis alterius quodammodo ejus possit cognosci passio prædominans. Dico ex præjudiciis: unicum enim præjudicium non sufficit, quia ex illo passionem accurate non possum eruere, sed unicum præjudicium sæpius ex diverso fonte oriri video. Ideoque necesse est, ut plura hominis judicia prius expisceris experimentumque sæpius repetas, antequam de ejus passione ferre velis judicium. Deinde demum valet sequela, quia ejusmodi homo secundum passionem suam prædominantem judicare solet: hinc à consequente concluditur ad antecedens & à principiatio ad principium; Attamen alia huic addi solent & debent media in arte cognoscendi animos & passiones hominum, quæ tamen huc afferre officii ratio non postulat. Possent enim plura hic suppeditari, sed ne in nimiam disputatio excreseat molem, huic capiti finem impono, certo sperans fore, ut L. B. etiam hæc paucula in meliorem partem sit interpretaturus.

C A. P. III.

de

Remediorum Inventione.

Difficillimum opus & arduum est, menti nostræ tantis morbis laboranti medelam afferre: Herculeæ deficiunt vires in prostrandis sat innumeris passionum & præjudiciorum monstris iniquis extirpandis. Nam non tantum mens nostra errorum committit circulum, ita, ut voluntas intellectum, intellectus voluntatem decipiat, adeoque arduum sit evitare alterius potentia fallacias alterique mederi. (c) Verum etiam summa cum voluptate indulget passionibus suis, quæ dulcissimis illecebris eam alliciunt, delinunt, irretiunt. Ex hoc aliud sequitur incommodum, quod nimirum homines semetipsos cognoscere nec sciant, nec studeant, nec valeant. Plurimi recte agere sibi videntur, ac ad dubia & falsa sua sponte inclinant. Defendunt, quæ falsa, rejiciunt, quæ vera esse ipsa ratio dicitur, & multi vitii & erroribus magna verbo-

(c) Vid. Abbad. l. c. T. 2 c. 4. p. 243.

rum gravitate & autoritate patrocinantur. Hinc perverax seculi
 perversitas ad illum pervenit gradum, ut passiones rerum Dominæ
 evadant, veritasque cætenis onerata earundem expectet imperia?
 Plura tibi huc pertinentia Barclajus, dum veritatis lacrymas exci-
 pit, revelat. (d) Quidam sibimetipsi sapit, seque jam dudum
 virum præstitisse tumido ore & alto supercilio prædicat; hinc re-
 jicit *τὸ* Nosce te ipsum. Alter Voluptati & Ignaviæ litans tantil-
 lum temporis suæ emendationi non impendit, ut observet *τὸ* No-
 sce te ipsum. Alius divitias & pecuniam insatiabili cupiditate
 corradens nullos thesauros inesse judicat *τὸ* Nosce te ipsum.
 Quantæ itaque in emendanda mente occurrunt difficultates? Quis
 tantis impedimentis viribus sufficientibus reniti murumque ahe-
 neum præstare conatur, cum inter tot hostes Hercules etiam sine
 vindictâ cecidisset. Ego memor meæ tenuitatis tantum opus non
 aggredior; morbis adeo gravissimis nullam novî medelam; Si-
 stit sese calamus; deficiunt vires.

§. II.

Tamen est laudanda Voluntas ac in magnis & voluisse sat
 erit. Præsertim cum ipsa Lex naturæ nos obliget ad ea averten-
 da, quæ rationis usum debilitant. (e) Et licet cum quibusdam
 Stoicis non ausim affirmare, errores posse plane ex animâ sapien-
 tis ejici, nec asserere cum Philosopho, (f) *quod nulla tam imbecilla
 sit anima, qua non possit, cum bene dirigitur, acquirere potestatem, imo
 absolutissimum Imperium in omnes suas passiones;* (quod magis Chri-
 stiano, quam homini naturali velim adjudicatum) tamen hoc ve-
 rum est, quod aliquo modo ex Ethicis principiis addiscamus, pas-
 siones damnare, præjudicia remove & errores evitare. Ha-
 bemus enim libertatem in naturalibus incedendi secundum du-
 ctum rationis; hanc omnino exercere possumus, (g) modo sat
 industria adhibeamus ad nos emendandos & dirigendos.

§. III.

(d) *Satyr. P. 5. de lacrymis veritatis p. m. 433. 440.* (e) *Vid. Pufend. Ju-
 ris pr. Univ. L. 2. observ. 4. § 8. p. 421.* (f) *de Pass. Anima P. I. Art. 50. p.
 30.* (g) *Pufend. l. c. L. 2. obs. 2. § 3.*

§. III.

In emendatione autem nostræ mentis miror quosdam prius Intellectui afferre medelam, antequam de voluntatis morbis cogitaverint: cum tamen oleum & operam perdant, qui hoc ordine procedunt & sero animadvertant, se magno conatu nihil egisse. *(b)* Illi enim, cui corpus veneno assumpto tumet, non brachia nec alia membra externa medicaminibus sunt curanda, sed omni studio eo est nitendum, ut venenum è Stomacho tanquã fonte hujus tumoris tollatur: Hellebori potione sanandus esset, autumans, vitium illi oculo inesse, qui solem nebulis & nubibus obductũ conspicari non posset. Et quæso, quomodo venenatos morbos ab intellectu depelles, cum tamen fons venenatus eundem semper inficiat? An in intellectu causa tenebrarum? Nequaquam; removeas tantum crassos voluntatis humores & conspiceris solem veritatis. Emendes itaq; Voluntatem, quæ intellectum morbis & præjudiciis inquinat. *(i)* Ipse Regum Sapientissimus non obscure idem innuit, *(k)* quando Timorem Domini ut initium Sapientiæ commendat: quippè si Pietas voluntatem emendatam occupat, facile Sapientia thronum suum in Intellectu collocabit. Hoc etiam illustrat Galenus, qui in adolescente ante omnia amorem veritatis requirebat.

§. IV.

Principiis ergo obsta & tolle causam: sublata enim causa tollitur effectus necessario ab ipsa dependens: sed non vice versa, cum detur causa sine effectu. Hinc jugum impone passionibus tuis & hosce hostes virtutis & veritatis infensissimos in potestatem tuam redigas. Hoc est illud repedium, quod etiam plurimi Ethicorum suppeditant: sed generale hoc assertum plane non sufficit. Nimirum ille, qui Imperium passionum suarum detrectare & rejicere discipit, ulterius erit sollicitus de invenendis mediis subjugandi passiones, nec generalioribus præceptis, quæ vulgo afferuntur v. g. Corrige intellectum, emenda voluntatem, depone præjudicia, moderare Affectus, &c. contentus esse

C 3

potest.

(b) Conf. Malebranch. de inquir. Verit. L. 5 c. 6. § 99. *(i)* Vid. Buddeum Select.

J. N. de Cult. Ingenii c. 2. § 145. p. 388. § 99. & p. 434. § 9. *(k)* Prov. I. v. 7.

potest. Quanam ergo sunt illa media? Aliquot eorum invenies in sequentibus.

§. V.

Primum erit, ut observes » Noscete ipsum: impossibile enim est, ut unquam felici successu in tua emendatione progrediaris, nisi prius noscas, quæ potissimum passio tua prædominans sit, causa nimirum omnium tuarum imbecillitatum. (l) Videas ergo, in quibusnam rebus ut plurimum & facillime erres: quanam inter omnia bona vehementiori amplectaris amore: de quibus rebus soleas sæpius cogitare, quando tibi metipsum es relictus, an de honoribus, divitiis aut delectamentis corporis: Observes somnia tua, quæ Tibi plus vice simplici occurrunt; nam univèrse nihil aliud videtur judicari ex somniis, quam quæ passiones intus vigeant. (m) Et quæ sunt reliqua.

§. VI.

Deinde inventa tua passione v. g. Ambitione, probe circumspicias, an circa hoc vel illud objectum cogitatione tua eum in finem sis occupatus, ut honorem consequaris. Quod si hoc animadvertas, abstrahæ, quantum potes, ab omni de hac re ferenda iudicio: certo enim tibi habeas persuasum, quod præiudicium sis commissurus, simulac passioni tuæ hac ratione indulges. (n) Posito etiam, quod vires te in primo statim limine deficient ad non ferenda præiudicia, tamen cavendum tibi erit, ut ad minimum coram aliis ea evites.

§. VII.

Interea operam des, ut veritatem & rectam rationem magis magisque extrices eandemque quasi lydiæ actionum tuarum lapidem omni rei applices. Hoc ut feliciter succedat, omnia objecta a sensibus tibi repræsentata, quantum in te situm est, indifferenter nec ut bona, nec ut mala aspicias. Perpendas quæso, quod per animam sis homo; per animam, quæ est substantia in his terris nobilissima, & quæ, dum se corpori immiscet, partem nobilitatis suæ quasi amittere videtur. Cogites: quo magis bonis

cor-

(l) *Thomasius* *de Sittent. Art. 14 n. 3 p. 460 sqq.* (m) *Gassend. de Phantas. s. Imag. c. 6. Beckmann. Syst. Phys. L. 6. c. 12. §. 30. sqq. p. 726. sqq.* (n) *Conf. Les Reflexions Prudentes comp. per P. Nirenberg. Max. 4. p. 3.*